Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



10.

49) Luc. III, 1, 2. Eodem anno Consules Romani ~~App. Silanus et P. Silius fuerunt:~~ quo Christus VIII Cal. Jan. annum ætatis XXX complevit; Joannes autem Prædicationis munus cœpit. | Porro de Tetrarchis advertendum, Herode Infanticida mortuo, regnum ejus in quatuor partes divisum esse ab Augusto: e quibus Judæa Archelao, Galilæa Herodi Antipæ, Ituræa et Trachonitis Philippo, Abilina Lysaniæ extero addita fuerunt. Archelao autem ob tyrannidem suam pulso Romani Coponium Præsidem, seu Prætorem suffecerunt. ~~anno Christi XII.~~ Quintus ~~igitur~~ Prætor Judææ ex Romanis fuit Pont. Pilatus, qui novem annis præfuit. Vid. Josephus Antiq. l. 18 c. 1 et seq. Cornelius in Luc. III. Baronius ad an. 31 § 5 et seq. | Cæterum siquis objiciat, incassum hic recitari historiam vitæ S. Joannis B. utpote lippis jam et tonsoribus notam; respondeo cum Metaphraste apud Surium: Dicenda sunt autem, non ut narrentur iis, qui nesciunt (quomodo enim, cum res illius celebrentur ab omnibus?) sed ut omnino percipiamus voluptatem in eis commemorandis.

50) De spelunca, in qua Joannes habitasse traditur, agit Saphronius in Prato spirit. c. 1. ~~apud Baronium ad an. 31 § 11.~~ Appellatur locus ille Sapsas.

51) Marc. I, 6.

52) Matt. XI, 18. Marc. I, 6. Locustæ in regionibus orientalibus magnitudine digitum æquant, et oleo coctæ a pauperibus comeduntur, etsi cum modico gustu. In deserto illo, quod Joannes habitabat, sunt arbores, folia lata habentes et rotunda, lactei coloris et melliti saporis, quæ natura fragilia manibus confricantur et deduntur: hoc ~~quæ~~ esse mel silvestre dicitur. Beda de loc. sanct. c. 14.

M. Asinius et Cossus Cornelius fuerunt:

L Vide infra Add. 60.

| Papebrochius Act. SS. ad 24 Jun.